19(

Aus dem Institut für Geschichte der Medizin an der Universität Leipzig
(Direktor: Geh. Med.-Rat Prof. Dr. Sudhoff.)

Alexandri (Tralliani?) liber de agnoscendis febribus et pulsibus et urinis

aus dem Breslauer Codex Salernitanus.

Inaugural-Dissertation

zur Erlangung der Doktorwürde in der Medizin,
Chirurgie und Geburtshilfe
der hohen Medizinischen Fakultät der Universität Leipzig

eingereicht von

Bernhard Noßke
Oberarzt d. R. am Res.-Lazarett Zeithain.

Institut für Geschichte der Medizin Leipzig

Druck von Robert Noske, Borna-Leipzig
Großbetrieb für Dissertationsdruck
1919.

Gedruckt mit Genehmigung der medizinischen Fakultät
der Universität Leipzig.

2. Juli 1919.

Referent: Herr Geheimer Medizinalrat Prof. Dr. Sudhoff.

Meiner Pflegemutter

in Dankbarkeit gewidmet.

Unter den bisher noch nicht veröffentlichten Texten des 1837 von Henschel in der Bibliothek des Breslauer Magdalenengymnasiums entdeckten Codex Salernitanus, der eine lange Reihe von medizinischen Traktaten aus der salernitanischen Zeit enthält, befindet sich auch eine Abhandlung über Fieber, Puls und Urine von einem gewissen Alexander Nach Steinschneider[1]) ist diese Abhandlung bereits von Daremberg aus dem Breslauer Codex abgeschrieben, aber noch nicht veröffentlicht worden. Das erste Mal in der Literatur erwähnt ist eine derartige Abhandlung bei J. G. Schenk, Biblia iatrica sive Bibliotheca medica (Frankfurt 1609). Es heißt dort: „Alexander medicus de Pulsuum in febricitantibus cognitione scripsit: qui liber Graecus M. S. exstat in regis Galliae Bibliotheca". Danach wäre diese Abhandlung also ursprünglich griechisch geschrieben. Nach Iwan Bloch[2]) soll es sich um eine Übersetzung der Pariser griechischen Handschrift Nr. 2316 handeln. Diese griechische Handschrift soll „wörtlich übereinstimmen" mit dem im Breslauer Codex enthaltenen Traktat des Alexander. In dem Katalog der Pariser griechischen Handschriften Bd. 2 (Inventaire sommaire des manuscripts grecs par Omont) ist unter Nr. 2316 eine Schrift: „Alexandri medici opusculum de pulsuum dignotione

---

[1]) Steinschneider, Donnolo, in Virchows Archiv Bd. 39 S. 80.

[2]) Neuburger-Pagel, Handbuch der Geschichte der Medizin Bd. 1 S. 537.

et aphorismi de urinis“ erwähnt. Ob diese Pariser griechische Handschrift mit der uns vorliegenden nun wirklich identisch ist, ist mir nicht möglich zu prüfen, da die Pariser Handschriften auch photographisch gegenwärtig nicht zu haben sind. Nach Diels (Handschriften der antiken Ärzte II und 1. Nachtrag S. 45) existieren noch zwei andere lateinische Übersetzungen des Pariser Textes, die eine — welche auch die drei Bücher De morbis et morborum curatione des Alexander Trallianus enthält — in Angers (Andecavensis 457 [442]), die andere in Rom (Barberinus 160, IX 29 = 767 Bl. 138^{r}). Eine der beiden Handschriften (die in Angers) ist aus dem 9. Jahrhundert, der Barberinus aus dem 11. Jahrhundert. Der Apparat des Leipziger Instituts für Geschichte der Medizin birgt keine neuen Handschriften, die über diese Zeit hinausgehen.

Der Abhandlung des Alexander geht ein Prologus Galieni de pulsibus et urinis voraus. Wie schon Henschel richtig bemekt, kann dieser Prolog nicht von Galen stammen, da „Galienus doctissimus et prudentissimus“ selbst darin erwähnt wird. Dann beginnt die eigentliche Abhandlung des Alexander. Inhaltlich unterscheidet sie sich nicht wesentlich von anderen Arbeiten über die Fieber, Pulse und Urine, die uns aus dem Altertum und dem Mittelalter überliefert worden sind. Wie bei den alten Ärzten überhaupt wird auf die Diagnose und Prognose einer Krankheit aus der Beschaffenheit des Urins und der Pulse besonderer Wert gelegt. Die einzelnen Abschnitte enthalten Aufzeichnungen über die verschiedenen Fieberarten, wobei hauptsächlich immer wieder ausgeführt wird, wie bei den einzelnen Fiebern der Puls und der Urin beschaffen sei. Zugleich werden die verschiedenen Pulsarten näher erklärt. Der Urin wird hauptsächlich nach der Farbe,

der Menge, der Dichte und nach den darin enthaltenen Niederschlägen und Trübungen beurteilt.

Die Abhandlung beginnt mit einem farbigen Bildnis, das auf goldenem Grunde einen Arzt (Cäsarenkopf) in blauem Gewande mit scharlachrotem Mantel und roten Schuhen, ohne Kopfbedeckung, auf einem Sessel sitzend, darstellt, der ein Uringlas in die Höhe hebt. Eingerahmt ist das Bild von einem großen D, das den Anfangsbuchstaben der Schrift bildet. Die einzelnen Abschnitte beginnen mit großen, abwechselnd roten oder grünen und reichlich verzierten Initialen. Die Schrift ist zierlich und sehr gleichmäßig, die Tinte braun und etwas verblichen. Sie stammt aus der Zeit um 1160. Die Überschriften sind durch rote Tinte hervorgehoben.

Ich lasse nun den Text der Abhandlung, der auf Fol. 171 bis 174 der Breslauer Handschrift enthalten ist, folgen:

Incipit prologus Galieni de pulsibus et urinis.

De intelligentia et specie urinarum praesenti in futuro periculum et declinationem probare possis et cum periculo infirmitatum vel sine periculo laborantis tantum bonum et utile est demonstrare, quod nullus ex auctoribus velociter aut tam sagaciter ingenia singulorum et differentiis urinarum scribere potuit, sicut Galienus doctissimus et prudentissimus per auctoritatem conscripsit libros. Neque enim alienamproferebat sententiam. Sed quod laudandum est, ex greco in latinum sermonem omnia absconsa transferens, qualiter omnes egritudines per urinarum inditia sunt cognoscenda, aperuit.

Tamen primum ostendendum est, unde ipsa urina oritur. Scimus enim, quod quattuor origines ex ventriculo oriuntur, postquam sunt ibidem cocte prima pars, quod succus est sangui⟨ni⟩s, efficitur et transit in naturales locos corporis. Secunda pars complens intestinarum officia pro debito officium suum reddit. Tertia pars elementa in venis moderandorecipit diversos humores, id est colera et flegma. Quarta pars scilicet in renibus descendens

more in vesica ministrat omnia signa egritudinis. Oportet in principio per urinarum humorem et colorem bona aut mala aspicere. Si est aquosa an vino rubeo similis an vino nigro an viridi an croceo an oleo similis an sanguinea an urinae similis sit animalium. Si haec omnia necessaria peritus perspexerit medicus, intellegendo discernat per colorem urinarum utrum superhabundet flegma an colera an motio sanguinis efficiatur. Opportet enim post pullorum cantum urinam in calice urinae colligere et residere faciat usque in horam secundam, et tunc contra radium solis aspicere et intelligere omnia superius dicta.

Incipit liber Alexandri de agnoscendis febribus et [statt **ex**] **pulsibus et urinis.**

Omnium causarum dum esset difficilis ratio ad praevidendum, non nullarum febrium dimensiones vel dimmissiones vel imminentis spiritus impetus, qualiter ex urinarum diversitate et venarum vario pulsu agnosci possit, arguto stilo conscripsi, non confusa ratione medicinalis inordinata quantitas querenti pernoscere fecisset cridiem.

De effimeris febribus.

Effimerarum febrium pulsus est simplex et non valde inequalis aut sordidus aut difficilis.

De inequali pulsu.

Inequalis autem est pulsus, qui saltus suos demutaverit in magnitudine, aut vehementia, aut celeritate, aut tarditate, aut tempore, aut ordine.

De simplici pulsu.

Simplex autem pulsus est, qui saltus et casus suos recte ordinaverit. Quibus urina purgata stillando per guttam si fuerit egesta et capitis sibi dolorem senserit, etiam emorrhoides eius scias ventura. Si vero ex anime egritudine, id est tristicia, aut ex cupiditate febris fuerit, pulsus est lassus et tenuis in principio, ita ut putes eum multis temporibus egrotasse ex longinqua egritudine, urina eorum in hijs rufior invenitur quam in ceteris effimeris febribus. Si vero ex iracundia nata fuerit egritudo, febris magni-

tudo et immanitas pulsus fit non minuens atque desidens sicut in hijs, qui ex tristiciis vel vigiliis atque cogitationibus laborant.

De magnitudine et immanitate pulsus.

Magnitudo autem et immanitas pulsus est, qui in longitudine et latitudine et altitudine motus arteriarum tetenderit. Urina autem in hijs crocea est et ignea extra consuetudinem et colerica et cum morsu ventris exiens. Nam qui ex nimio labore sudant et deficiunt, frigescunt, pulsus eis minutior invenitur et lassior.

Quid sit lassior pulsus.

Lassior pulsus est, qui in longitudine et brevi et humili motu arterias tetenderit. Urina in illis rubea et turbulenta apparet quasi aspera, quae et si colore rubeo se fecerit aut in albo colore fuerit versa aut dolor est articulorum aut aurium, apostemata id est parrotidas nascitura adnuntiat. Quod si color suprascripte urine habundans fuerit et non sub aure dolorem habuerit, eius egritudinis solutionem futuram ostendit. Urina alba et spissa bonam sanitatem significat. Si tamen capitis non fuerit dolor aut si talis color urine in initio egritudinis venerit, contradictionem futuram nuntiat. Illi vero, qui nimio labore fuerint lassati, pulsum habent lassiorem et majorem.

Quid sit major pulsus.

Major autem pulsus est, qui generaliter suo saltu plurimo arterie ambitum tetenderit in latitudine et longitudine et altitudine, ut inspicientibus nobis digitorum tactus altius sentiatur. In hijs urina rubea est calida. Quibus vero indigestio ciborum attulerit febrem, pulsus labentior et minutior ictu et praecedenti tempore acrior fiet. Urina vero horum non multum rubea est. Quibus autem inguinum dolor moverit febrem, pulsus eorum maximus et grandis ictu et velox atque spissus. Urina albi coloris apparet et communis ceteris effimeris febribus.

Cognitio urinarum.

Si vis ad omnem infirmitatem probare, in primo sompno colligis urinam in vase vitreo et in primo gallo similiter fac et in

aurora similiter et si ipsa urina est congelata, tunc ferventem aquam et ipsum vas vitreum cum ipsa urina intromit⟨t⟩e, ut redeat ad pristinum colorem. Si videris meliorem esse secundam quam primam et tertiam meli[Bl. 171v]orem quam secundam, vitam significat. Homines sani erunt, si urinam mane albam, ante prandium rubeam, post prandium candidam, item ante cenam roseam emiserint. Candida enim debet esse urina, ubi crud[el]itas minoris non est. Quod si mane mutaverit colorem, ostendit subesse vitium vel crud[el]itas.

De acutis febribus id est sinocha majore.

Omothonos pulsum habet spissum, gravem et sordidum. Agmasticum pulsum habet ingentem spissum et sine intermissione sordidum. Ingens pulsus est, qui saltu suo tactum inspicientis forti motu pulsaverit. Spissus pulsus est, qui parvo tempore saltus atque casus motusque suos explicaverit. Sordidus pulsus est, qui celer et tardus et tardus et celer invenitur, quibus quod gravius per singulos dies vel horas augmentatur multo statu vel declinatione interveniente. Urina rufior in hijs invenitur. Epagmastica secunda vel tertia die pulsum suum tenet et minorem quamvis vehemens in principio fuerit. Vehemens pulsus est, qui in soliditate sua cum magnitudine ostenditur. In omnibus vero acutis febribus, si livido colore et tenui corpore urina fuerit, frenesim futuram nuntiat, que frenesis in longum protrahitur tempus. Urina colore tenui et nebulis non bonis renum dolorem et indignationem dicit. Si in bono colore in die tertia fuerit versa, certum discussionis nuntiat tempus. Si autem ex bono in malum colorem die cretica fuerit mutata, mortem venturam ostendit. Urina in colerico colore cum nebulis albis et furfuribus supranatantibus aut longam egritudinem aut mortem esse dicit venturam. Urina tenuis cum nebulis non bonis frenesim sive mortem significat. Urina alba plurima egesta solutionem febris et egritudinem ostendit. Urina olei colorem habens frenesim aut mortem aut spasmum dicit esse venturum. Urina alba si se mutaverit, apostema celeriter venturum scies. Urina turbulenta et tardius residens et maxime, si sanitas omnium intestinorum fuerit et per multos dies et non se mutaverit, pro certo scias acutam febrem in tertianam converti. Urina subalbida aut spumosa aut rufa, ut

fuerit colera rufa maxime, si ex ipsis coloribus rufis egritudo fuerit nata, mortem significat. Quod si eodem tempore e naribus eorum fluxerit sanguis aquosus et subito et habundans et solito et talem urinam fecerint et diu perseverans non mutaverit se frigus subitaneum, nuntiat, pro quo eius fiet solutio egritudinis. Urina cum sudore, si in febrium augmentum venerit et habundantia urine fuerit, mortem citam ostendit. Urina rufa et spissa, si fuerit frequens inde egesta et si capiti et scapulis fuerit dolor, etiam auditus aurium obtunsus fuerit et ypocondriorum dolorem senserit, frenesim futuram scias. Que frenesis si non infra septem dies soluta fuerit, yctericiam facit et in macronoxiam venerit et nebulae non bene in eadem urina fuerint, ex eadem frenesi morietur. Urina alba et aquosa et nebulas bonas habens et odorem bonum suprascriptam frenesim purgat. Urina alba et nebulosa et spumosa non bona significat. Si in die tertia venerit aut post creticum suprascripta urina, in eius egritudine fiet solutio. Urina nigra cum sudore, scito, quia non bona significat. Urina purulenta, maxime si frigus et lippositas et oculorum caligo fuerit et sudor superiorum partium emiserit, spasmum venturum nuntiat. Urina suprascripta si se abstinuerit id est non minxerit et dolor capitis cum sudore corporis fuerit, spasmum statim futurum dicit. Urina vini colorem habens et non fuerit digesta vel si colore urine animalis similis ea urina fuerit, que missa in calice cito resederit vel habundans fuerit et insompnietas advenerit, spasmum significat et mortem. Urina turbulenta sine nebula non bona esse dicitur. Urina nigra aut livida non sine periculo erit. Urina crocea et spissa dolorem eius egritudinis ostendit. Urina tenuis maxime et si dolor capitis aut scapularum et insompnietas fuerint, frenesim paracopem id est dolorosam significat sive cardiatiam. Mulieribus autem haec talia signa mortem ostendunt. Urina tenuis in die cretica, si aspera fuerit facta, statim sudorem venturum dicit. Urina spumosa, si post crisim se mutaverit, eius fiet febris repetitio. Urina spissa colerica in augmentum febris si fuerit, mortem significat. Urina nigra per varios colores frequenter mutata et nebula non bona et veluti concisis et separatis et frequenter in colorem nigrum versa, frenesim cum morte significat. Urina nigra et tenuis cum capitis egritudine

fluxum sanguinis e naribus venturum manifeste dicit. Urina nigra et non viscida cum sudore et dolore ypocundr⟨i⟩arum mortem nuntiat. Urina tenuis et boni coloris, frequens et multum egesta non macronoxiam et solutionem egritudinis et crisim significat. Urina alba et turbulenta et non composita aliquem dolorem cum periculo dicit. Urina nigra et spissa non boni coloris, si illius vesice fuerit dolor, mortem significat. Urina nigra et tenuis et aquosa, si estuatio fuerit cum fastidio et turbatum sensum habuerit et non recte intelligat aut loquatur et malefactio desit, mortem ostendit. Urina, que veluti florem vini supranatantis habuit, frenesim venturam et paracopem ducit. Urina lucida valde frenesim venturam significat.

De causon id est sinochis.

Si ibi ambo com sinocho habet similitudinem, sed si non eadem horarum declinationem. Quibus enim tussis arida fuerit et vomitus colericus et urina lucida, mortem significat. Urina crocea et turbulenta cum nebulis non bonis et plurimis diebus digesta aut longam egritudinem aut mortem venturam dicit. Urina crocea, si guttatim stillando ab eis fuerit digesta, ventris constrictionem malam ostendit cum animi turbatione et angustia. Urina alba et aquosa in augmentum egritudinis vehemens vel in statu laborem corporis cum frigore et macie esse venturam. Urina pinguis mortem futuram [Bl. 172 r] ess edicit. Urina viridis si se in aquosa et albore imitaverit, tipicam egritudinem futuram significat. Urina eruginosa stranguinariam nuntiat. Urina nigra et tenuis cum nebulis frenesim ostendit. Urina sanguinea cum dolore cordis, ypocondrie dextre partis statim subitaneam mortem significat. Urina nigra et tenuis cum obtunsione et insompnietate et in se nebulas habens tempus longum eius egritudinis dicit et sanguinis fluxum de naribus imminere ostendit. Urina pinguis sine febre si in senibus venerit, apoplexia⟨m⟩ facit, que cum soluta fuerit caliginem occulorum cito transeuntem, declinationem ciborum ostendit. Urina eruginosa flores habens spasmon nuntiat. Urina turbulenta et non varia crisim cum dolore aliquo futuram dicit.

Urine mulierum sane.

Puelle virgines faciunt urinas lucidas et nimias serenas. Urina mulieris concubitae turbida est et serena et viri semen in fundo vasis apparet. Urina mulieris menstruate quasi sanguinea est. Urina pregnantis, si primo mense vel secundo sive tertio habuerit, nebulas habet innatas et hypostasim albam et urinam nimis claram. Urina pregnantis, que quartum mensem iam habet, serena est et vini habet colorem et hypostasis alba inferius est et crossa et lucida.

De planetis febribus id est erraticis.

Febres erratice pulsum habent simplicem et non valde inaequalem. Urina nigra quartanam nuntiat. Urina nebulas scissas habens macronoxiam dicit. Urina colericas nebulas habens in acutam egritudinem transire dicit. Urina, que veluti rasuram habuerit et nebulas quasi sanguineas et arenosas scintes in renum, tertiam[?] malam indignationem dicit. Urina flammea si apparet sicut sol, indignationem renum significat. Urina alba si subito se in alium colorem mutaverit, proximam nuntiat mortem. Urina tenuis si post crisim venerit et longo perseveraverit tempore, repetitio cuiuslibet egritudinis fiet. Urina tenuis si se in malum colorem post crisim mutaverit, et hijs, qui in prima etate fuerint, contradictionem corporis significat. Urina aspera si post crisim fuerit, isdem febribus iterari demonstrat egrotum.

De quartanis febribus.

Quartane febres in initio pulsum faciunt rarum et segnem et in altum. Rarus pulsus est, qui parvo motu inspicientium tactum quodam intervallo pulsaverit. Segnis est pulsus, qui parvo motu ictum suum direxerit. Declinante autem passione pulsus ei invenitur sordidus, lassus et segnis et rarus. Sordidus pulsus est, qui ex celeritate tardus et ex tardo celer fuerit. Lassus est pulsus, qui ausus suos pigro motu suo peregerit. Cui cause tempore accedente frigus minuet, calor augetur. Urina eius diverso colore mixta apparet, maxime pallido et fusco, nam et indigesta videtur.

De tertianis febribus.

Tertianariis pulsus est ingens, citatus, vehemens, creber. Ingens pulsus est, qui saltu suo inspicientium digitos forti motu pulsaverit. Vehemens pulsus est, qui soliditate competenti inspicientium digitos pulsaverit. Citatus pulsus est, qui saltu suo spissiori motu arterie tetenderit. Creber pulsus est, qui assiduitate motus sui intervallum non facit. Urina in hijs crocea satis aut rubea, id est quasi sanguinea apparet.

De cotidianis febribus.

Cotidianis febribus pulsus est minutior a quartanis. Urina eorum candida apparet aut spissa aut turbulenta invenitur. Urina alba longo tempore perseverans frigora solvit. Merameris autem quantum quartanus pulsus a tertianis minor fuerit. Tantum cotidianarius a quartanis inferior est.

De capite dolenti.

Capitis dolor, pulsus vehemens, urina lucida augmentum doloris significat. Urina rufa ut supra aut fluxum sanguinis de naribus aut ventris cum dolore significat. Urina rufa ut supra, quia fluxum sanguinis e naribus evenire significat, huius doloris fiet solutio.

De cardiacis.

Cardiacorum pulsus est parvus et denpsus. Quibus imminenti periculo pulsus fit cachonus, cum increverit quasi iaculo conturbatus, et fit velox et parvus, minus rarus veluti inanis et creber erit. Ubi videris crescere passionem, incipit vibrans esse et rarus cum tremore et formicatione incognitus et se subducens. At ubi gravari ceperit, fiet pulsus densior et post deffectior et se quasi incidisse sentitur, quod pessimum signum est. Quando autem in melius venerit, pulsus eorum exalatus apparet. Parvus pulsus est, qui levi ictu ambitum arterie tetenderit et inspicientium digitos breviter pulsaverit. Densus pulsus est, qui parvo tempore saltus atque casus suos explicaverit, id est qui spisso motu inspicientium tactus cum spisso intervallo pulsaverit. Cum autem in melius ceperit venire causa, pulsus super miningas ostenditur id est supra modum

arteriarum. Inanis pulsus est, qui admoto digito imaginem tantum gravitatis sue demonstrat et cito locus eius vacuus invenitur. Urina eorum alba et aquosa cum nebulis albis si fuerit, eius egritudinis solutionem ostendit.

De pulsibus lithargicorum.

Lithargicus pulsus est grandis et rarus cum tenui ictu. Qui morbus cum gravior esse ceperit, fit pulsus vene deiectior, in melius cum ceperit esse, pulsus earum fit parvus ac spissus. Grandis pulsus est, qui per longitudinem et altitudinem motum arteriarum tetenderit. Tardus est, qui et rarus dicitur, qui se parvo motu digitos inspicientium cum quodam intervallo pulsaverit. Deffectior pulsus est, qui impetus cursus sui defficiendo deserit. Spissus est, qui parvo tempore saltus atque casus suos explicaverit. Urina eius cum spissa fuerit et spissitudo ipsa scissa apparebit, emplexiam significat. [Bl. 172^{v}].

De pulsu pleureticorum.

Pleureticus pulsus est spissus, cum passio gravior fuerit facta, plus conspissatur et fit velox et validus et veluti fluctuans et in digitos inspicientis veluti urgere sentitur. Quae passio est a peripleumonia, si se convertit, fit pulsus spissior a suprascripto. Velox pulsus est, qui cum celeritate motus cursus suos peragit. Validus pulsus est, qui digitos inspicientis forti pulsaverit motu. Fluctuans pulsus est, qui saltus suos fluit amplius et veluti liquorem inclusum significat. Urina eius tenuis et saniosa. Si in initio egritudinis venerit et plurimos dies permanserit, frenesim futuram nuntiat. Maxime si vesica reumatizaverit et insompnietas fuerit, quibus si fluxus sanguinis narium cum primo sudore venerit, solutionem eius egritudinis futuram promittit. Urina pinguis et rufa mortem futuram significat. Urina alba et sublucida mortem significat. Urina tenuis habens velud limum et lividam digestionem, mortem adesse dicit.

De peripleumonicorum pulsu.

Peripleumonicus pulsus validus et spissus est, qui cum ad periculum venerit, fit ei pulsus incertus et veluti non comparens

et veluti formicans. Formicans pulsus est, qui ex inbecillitate parvos atque humiles habet motus, nominatus a motu formicarum. Urina eorum nigra cum variis nebulis mortem futuram ostendit. Urina sanguinea cum nebulis suprascriptis periculum futurum ostendit. Urina indigesta in initio et anacrisim[!] mortem venturam dicit.

De sinaci pulsu.

Sinanticus pulsus est parvus, velox et densus, qui cum ad periculum venerit sine pulsu invenitur. Urina eorum rufa si fuerit et spissa et turbida cum dolore cervicis et gutture, frenesim designat mortem.

De pulsu opistonicorum.

Opistotonicon et in prostrato id est tensuram habet, fit ex plaga sine percussione, vel si sudaverit vel refrigaverit, aut si calidam in flumine intraverit, pulsus est in tenuitate deductus ac debilis.

De ydrofabicorum pulsu.

Ydrofabicorum pulsus modicus est et deductus et incognitus ylio dolentis pulsus est densus, et dum causa ad periculum venerit, pulsus eius fiet minor.

Epilempticorum, qui sine intermissione sunt.

Epilempticorum pulsus est ingens, quam plurimum saltu suo per longitudinem motus arteriarum tenditur.

De ruptione apostematum.

Pulsus facit spissus, qui nec in augmentum nec indignatione mutatur. Urina in hijs maxime saniosa apparet.

De catecticis.

Catecticorum pulsus lassior mortem iminere significat. Urina eorum si fuerit contemperata parva et rufa, mortem pronuntiat.

De discintericis.

Discintericis et ciliacis pulsus est lassus, et minus tamen a catecticis, qui si se cum singultatione fecerit, mortem futuram

significat. Alii urinam non faciunt; propter frigiditatem constringitur. Urina rufa si fuerit et spissa, longam egritudinem adesse dicit. Si rufa et digesta fuerit, proximam nuntiat sanitatem. Si autem alba et sublucida fuerit, proximam mortem ostendit.

De freneticis.

Freneticorum est pulsus similiter lassus, qui saltus et casus suos quadam humilitate lassatus explere non valet. Urina eorum rufa si fuerit, non bona signa pronuntiat et causam in peius protrahi dicit. Urina in hijs spermatis hominis habens colorem mortem significat. Urina limositatem habens augmentum doloris significat.

De pulsu yctericorum.

Pulsus spissus subtilis et vehemens, urina intemperata ac parva cum fuerit, mortem significat. Yctericorum urina intemperata ut supra, protensionem longi temporis huius morbi significat. Urina rufa et spissa et plurimum egesta solutionem ventris et medelam sanitatis promittit.

De epaticis.

Pulsus celer est largus et grandis epaticorum, urina alba et spissa et plurimum egesta, bonam sanitatem promittit. Urina sanguinea mortifera est. Urina nigra et tenuis cum odore inscido mortifera est. Urina nigra et turbulenta et veluti capillos aut rasuras aliquas habens mortem significat. Quod si fuerit alba et spissa et plurimum egesta, sanitatem promittit.

De spleneticis.

Spleneticorum pulsus est fortis et impetuosus. Urina rufa et intemperata aut nigra et tenera periculum futurum dicit. Urina lucida nimis bona signa adnuntiat. Que si cum nebula fuerit, quasi cognomerationem satis bonam imminentiam significat.

De arteticis.

Arteticorum urina sanguinea et tenuis nimis dolores venturos praedicit. Urina rubea et nebulosa vel cum spuma dolorem cessare dicit.

De sciaticis.

Urina sciaticorum sanguinea et tenuis et intemperata in dolore si venerit, acriores venturos significat; pulsus habet sicut frenetica.

De renibus ulcerationem habentibus.

Urina eorum spissa et habens carnes veluti supernatantes dolores nimios futuros significat.

De scabie in vesica.

Scabies in vesica cum quis habuerit, urina eorum si spissa apparet cum furfure supernatante, dolorem futurum dicit.

De urina saniosa.

Urina saniosa et plurimum egesta et velud coagulata, venam aliquam renum ruptam significat et initium calculi ostendit.

DE URINIS.

Urina pura et super nebulam natantem quasi caliginem, proximam mortem significat. Urina si turbulenta fuerit vel mixta et super nebulam caliginosam natam fuerit, prolongationem significat et mortem. Urina alba si in fundo habuerit in medium nebulam, periculosam mortem significat. Urina si rubea fuerit mixta quasi fece, non periclitantur. Urina si candida fuerit et dolorem [!] sicut fel habuerit et mordax fuerit, de ieiunio talem urinam significat. Urina rubei coloris si cum dolore capitis fuerit, significat non longe febricitantum. Urina satis sincera, si frequenter fit sanguinea, corporis relevat dolorem, praecipueque cauculum [Bl. 173^{r}] pertinet. Urina ipsa si se mutaverit per horas multas, significat cauculum. Si autem gravitudinem erga renes patitur id est pondus, significat lapidem in renibus. Urina tenuem id est elixem subtilem nebulam habens in medio quasi furfure fervore separetur, frenesim significat. Urina in febribus acutissimis non habens in medio quasi fecem nebulosam vel spumosam, futurum periculum significat. Urina in febribus acutis subnigra et quasi fecem in fundo, frenesim significat. Urina nigra si in febrem longam duram habuerit, emordet quasi erugo, mortem significat. Urina in febribus

acutis habens in medio nebulam natantem et super fecem in fundo autem nichil habens, freneticum significat sine periculo. Urina tenuis et nigri coloris, in fellis colorem mutata, epaticum significat. Urina in febribus quasi fel germinata alba et spumosa satis sanguinis detractos mortem, significat. Urina in febribus acutissimis olei colorem habens freneticum significat. Urina in febribus acutis, quamvis mordax et sordida fuerit, si habuerit in fundo quasi fecem et super nebulam non periclitatur, nisi longam egritudinem significat. Urina quasi mesto colore id est tristicia, mortem significat. Catecticis, discentericis, ciliacis, neufreticis, ydropicis, urina eorum si fuerit rufa, mortem significat. Epaticis, spleneticis, urina eorum rufa et intemperata aut nigra vel tenera aut sanguinea si fuerit, mortem significat. Pleureticis urina si fuerit pinguis et rufa, alba non sublivida, tenuis vel limum habens, mortem significat. Urina ex vino albo colorata, nam ex constrictione venarum carnosa potens efficit et iam non ex supradictis ex bona renum digestione etiam non ex supradictis tantum verum vel ex bonis renum viribus. Nam tunc sanitas aperit, cum dolentibus renibus ceperit, superius dicta operiuntur.

De urina aquosa et tenui et sine aliqua spissitudine.

Quod si talem urinam videris et plurimum frequenter egeritur vel cum pondere, scias ex nimia febricitate corporis hoc fieri. Sed si paulatim minxerint, intelligis esse nimium se a vino abstinuisse. Unde in tali urina colorem aut corporis egestionem aut parcitatem esse cognoveris, iubebis, ut qui amplius biberit, abstineat, qui abstinuerint, amplius vino utantur, ut possint e contrario curari. Urina non consuetudinis habens colorem et cum morsu ac salsa fuerit, putredinem humoris significat. Urina rufa in omnibus si satis frequenter fuerit, siccitatem et sinthexim in futurum esse significat.

De urina spissa et calida.

Si pondus corporis sani levis (oder sanibilis?) non dicentis ista signa habuerit, febrem acutam imminere significat. De urina spissa, quae non satis et sanis evenit, quod si calida non fuerit,

et gravedo totius corporis et mali coloris fuerit, feunit [?] quod extrema. De urina spissa et non temperata, si cum effusione ventris et flegmate descendens capiti praecedentibus signis, maxime si plurimum non accedit, intelligas arterias esse futuras id est in initium morbo regio, quod oculis suffocent. Habentibus febrientibus signa poterint evenire, sed omnibus et ycterias, maxime si ypocondrie partis dextrae doluerint sub costa molli, quae iungitur stomacho.

De urina aquosa et livida in sanis.

Si amplius quam consuetudinem habuerit, egeratur, cum haec fuerint, corpus purgare mollibus humoribus ostendit.

De urina non bona.

Si amplius quam consuetudinem oportet effunditur atque mutatur in malum colorem sive circa egrotos, si haec signa evenerint, intellige effusionem ventris nimie esse futuram et diminutionem carnium aut saniem in renibus esse.

De urina putrida.

Sive sanis sive febricitantibus si talis fuerit urina reperta et per multum tempus similiter decurrat, tumidum sive reumaticum corpus eiusdem hominis sign⟨ificat⟩ esse.

De urina plus fluente et non boni coloris.

Si urina . . .[1]) atque amplior vel ut sua consuetudine et circa sanos et circa non sanos effusa, si dolorem senserit coli, si eodem colum dolum doleat et haec signa fuerint, causam coli esse iudicabis, quae tunc doloris mitigatur in metas. Cum illa urina se abstinuerit, si haec signa sine dolore fuerint, causam venturam significat.

De urina putrida.

Urina vero si putrida et sanguinea efficitur, si enim in eodem colore urina, quotiens humores in visceribus fuerint, unde et con-

---

[1]) Lücke von ca. 12 Buchstaben.

venit conicere sanguis viscerum ulcus facere et emanare secundum sanguinis rationem, unde haec urina efficitur et possit esse egritudo vel viscerum causa.

De urina livida.

Quod si urina livida fuerit egesta, manifesta esse et apostematis intraneorum ruptionem factam esse demonstrat frequenter, et apostema non rumpitur, digeritur, hoc est tumor ille sedatur, quia sedatus fuerit ex equisuci perdens [!] similem faciens urinam. Nam urina cum apostemate tale primum cum ex colicis nascitur, hic est vulneratio, unde sanguis emittitur et cum eodum vulnere non bene curata et aperit propria et se cluderit, apostema faciunt, que apostema faciunt, digeritur aut rumpitur. Si quidem ruptio sine digestione, sed urina utrique causa efficitur, sed hinc discernis inter ruptionem et solutionem apostemata. Corrupta apostemata amplius urinae soluto apostemate non rupto, paulo aquatior ipsa urina invenitur. Quod si febris inter sitim nimia fuerit in febribus, intelliges nimiam fuisse febrem.

De urina vini colorem habente.

Si vini colorem ac pendinem urina fuerit, sint enim non solum illa, que ex materia tantum appellatur, sed sicut exinde urina nisi interveniente certo morbo, carnes minui videntur et matie confit⟨i⟩untur, et talem urinam facere possunt ex febrium nimietate et cerebri inflatione, hoc est ex usu nostro cotidiano, quod graeci dicunt aiana, effici potest. Nam et si vis anime ibi esse a prudentioribus affirmatur, ergo dum cerebrum huius causa in urinam sustinere non potest, et si male facitur, mittunde sane causae potius asserit. Incipienda est urina, cum repperit, intelligas iam hoc esse ex usu nostro.

De milina urina infecta ac turbata.

